

Privilegium Boleslai ducis Mazovia
super libertatione castri Polthoviensis, ab
omnibus solutionibus vaccis, melle et arietibus,
que pro duce soluebantur ~

In nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Nos
Boleslaus Dei gratia dux Mazovia, cupientes gloriosa
virginis et matris Domini patrocinio, apud ipsum quem genuit
adiuvari, prioribus donationibus ecclesie Ploansi vel etiam
libertatibus devote a nobis, vel antecessoribus nostris impensis,
hanc specialem liberalitatem addere volumus, videlicet
ut castrum Polthowsk in nulla solutione nobis
de cetero teneatur. Indulgemus igitur domino Andrea patri
nostro, prefate ecclesie episcopo, et omnibus eius successoribus
ab hodie et deinceps, sex vaccas, sex urnas mellis, sex arietes,
que annuatim duces Mazovia peripere in Castellanatura de Polthowsk
consueverant, quatenus dicti castri homines perpetuo ab hac
ducali exactione liberati, aliquantulum ab aspiduis afflictionibus,
quas iugiter passi a gentilibus pene defuerunt, valeant respirare,
et nos post cursum huius vite, nostrorum debitorum, si
interveniente piissima virgine Maria indulgentiam
quam adipisci. Et ut hac nostra donatio robur
perpetuum firmitatis possit obtinere, ne forte nostri
successores ausu temerario eam conentur infirmare;
hoc scriptum appensione nostri sigilli duximus
muniendum. Actum in Plozko in domo fratrum
Predicatorum, anno gratie millesimo ducentesimo
quadragésimo, quinto idus septembris ~

Węzi ziemia
Pozaniska nalezata
do dñiatu Pabul.

Kupiel. Putluchi

